



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Basiliscvs M. 22. Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

men, & Longobardorum irruptione scelera vindicanda esse intellexit. Aliis autor fugæ factus, ipse erga stulo non excessit, & barbaris per urbem grassantibus in conspectum se dedit: Ii pro maleficio habitum ad cædem deposcunt, jamque ferrum supra caput erat, cum repente percussoris brachium obrigit, quod *HOSPITIUS* signo crucis contra edito correxit. Secuta inde viri æstimatio, hausta ab eo præcepta salutis, quæ qui in aures duntaxat admiserit, diro omnes lethi genere perire. Ultimo ante mortem triduo demum sibi vincula passus est: quem cum toto corpore à vermibus depastum nonnemo miseraretur, negavit illos sibi convivas graves fuisse: eorum morsuunculis excitatum se ad amandum Deum, non debuisse suis monitoribus cibum invidere. Simul tamen atque beatum cælo spiritum reddidit, totum examen disparuit, mirâ erga mortuum reverentiâ, ut appareret, in vivum ex ejusdem imperio peccasse. Sed condonemus hoc mortijus, & tantâ nutritum curâ corpus cedat in vermium potestantem. Illum vermem time, qui in animo nidulatur, & inter æternas flammâs, omni Salamandrâ vivacior, numquam moritur. *Ex Greg. Turon.*

*Perpende, quia caro, quæ nunc accuratis dapibus nutritur, paulo post vermibus scaterere compelletur, ipsa tunc fit esca rodentium, quæ nunc saginatur jucunditate ciborum, ac tantò graviores exhalat putrefacta fatorem, quanto suaviores sibi procuravit educata molliciem.* S. Pet. Dam. l. 7. ep. 19.

S. BASILISCVS M. 22. Maij.

**L** Atuit subinde etiam sub militari sago magna virtus, & castra theatrum præbære Christianæ

næ

nae sanctitati. Nunc BASILISCVM inde produci-  
mus plurium palmarum militem, quem afflictum  
mœrore ferunt, quod acceptis pro Maximiano  
impio Cæsare vulneribus, guttam sanguinis pro  
Christo nullam fudisset; cum tamen Theodorum  
martyrem proximam necessitudine contingeret,  
cujus pro fide prælia convitium suæ ignaviae fa-  
cerent, utique, si virtuti suæ Christus confideret,  
ejus experimentum pridem capturum fuisse. Raro  
ita cum Superis exoptulatum est; neque susti-  
nuit cæli Imperator tam pia militis sui desideria  
perire; ultrò eum allocutione dignatus, memo-  
rem esse voti sui iussit, & dignos tantam spon-  
sionem afferre in imminentem pugnam; cuius ei  
copiam Agrippa impius Prætor fecit, qui ferro so-  
leatum, clavibus plantam penetrantibus, cursu ni-  
hilominus æquare citatam quadrigam coëgit. Sub-  
inde à Trajanam hospitio acceptus aridæ arbori, sub  
quâ recubuerat, vitam reddidit frondesque; credo  
ne capiti coronæ deessent: frons etiam ad pedes  
martyris scaturit, hanc vicem reddente terrâ, cum  
sanguinem ejus bibisset: eo prodigio non sitis tan-  
tum comitum ejus, sed perfidia etiam extincta est.  
Paulò post etiam alteri elemento imperavit, de-  
vocatoque de cælo igne, Deorum delubrum exul-  
sit: ipse capite imminutus, & in proximum flumen  
sparsus, maximo & ultimo miraculo nihilominus  
ad beatitudinis litus enatavit. *Ex Menais.*

*Quid faciemus sub aeterni judicis majestate?  
qua nobis subventura est pœnitentia, quam in hac  
carne contempsimus? qua nos defensura sunt opera  
bona, qua in vitâ non egimus? ad quos sanctos con-  
fugiemus, quorum exempla simul & verba de-  
speximus? S. Pet. Dam. lib. 1. Ep. 6.*

S. BO-